gradum episcopalis benedictiōis
ascendit Deinde talem· tantumqꝫ
se cunctis exhibuit vt nostrē hoc
facultas nequaꝗ̄ possit euoluere
Quadam die dum singulare no
stre redemptionis misterium· ple
nus deo sup mensam dominicam
in basilica scōꝝ vndecim milium
virginum immolaret· astans cle
rus ⁊ populus vidit columbam
splendidissimam· primum hac ⁊
illac per omnem ecclesiaꝫ circum
uolitando vagari· deinde pontificis
insidere capiti ⁊ mox inde reuersā
⁊ iuxta tumulum cuiusdam virgī
nis stupentibus vniuersis qui a
derant ab omnium oculis elapsā
Acclamatum est confestim ab oī
bus· vere dignum hunc esse qui
ministraret domino sacerdotem·
Felicem fore huius ecclesie plebē
si mereretur per talem diu guber
nari pastorē Hinc ergo gemitꝰ
illinc gaudia personabant· Com
parentur nunc si placet· hec duo
que proposuimus miracula· vnū
in puericia alterum in episcopali
perfectione monstratum Et quid
in signis illis nisi aduentus spiri
tussancti itelligendus est· Ab ip
so enim innocentie simplicitatem
habuit: qui per columbam expri
mitur Ab eodem quoqꝫ zelum dei
⁊ famam bonorum operum longe
lateqꝫ micantem accepit: qui per
lumminis claritatem figuratur Cō
pletis igitur quadraginta villica
tionis sue annis: pridie ꝑdus no
uembris· creatori suo· plenum bo
nis omnibus reddidit spiritum·

Corpus autem eius sicut ipse vi
uens preceperat· positum est cum
magna gloria ī ecclesia sācti Cle
mentis quam ipse construxerat·

De sancto Gregorio spoletano·

[I]mpijssimus flaccus a maximino
īpatore missus vt oīa ydola erige
ret igressus ē spoletū ⁊ iussit sibi
tribunal in medio fori preparari
⁊ oēs ciues ꝑ precones corā eo ci
tari· Dixitqꝫ tircano· Oēs hij dijs
nostris deseruiūt· Qui cudit Om
nes hij colunt Jouem mineruam
⁊ asclepiū deos īmortales qui toti
mundo propiciantur Quo audito
gauisus iussit omnem turbam di
mitti Erat autem in eadem ciuita
te scūs ꝗ̄daꝫ gregoriꝰ noīe presbi
ter ieiunijs ⁊ oracōibꝰ vacans· ꝗ̄
multis signis clarens multos pa
ganorum ad dominū ꝯuertebat
tēplaqꝫ ⁊ simulachra in terraꝫ de
ijciebat· Qd cū flacco nūciatū eēt
iussit eum vinctum ad se perduci
⁊ cum sacrificare nollet· iussit fu
stes nodosos afferri: ac dorsuꝫ eiꝰ
verberibus rumpi· dicēs Hec pa
tiatur rebellis deorum ⁊ contēptor
principum· Cui sic ille respondit
Quāta mala exhibes corpori meo:
duplicia bona mihi prestantur ī
celo· Flaccus dixit Regirate illuꝫ
⁊ ventrem eius fustibus dissipa
te· Illo quoqꝫ perseuerante iussit
eum ligatis manibus ⁊ pedibus
craticule superponi ⁊ ligna submi
nistrari· At ille de medio igne cla
mauit ad dominum vt qui cum
tribus pueris ingressus est cami
num ignis hic esset ⁊ cum eo: Hoc

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0702
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG